

*Bischof Konrad von Hildesheim, Bischof Engelhard von Naumburg und Landgraf Ludwig be-
urkunden die Beilegung des Streites zwischen dem Kloster Altzelle und den Rittern von Nossen
wegen des Zellerwaldes, mit genannten Dörfern. Meißen, 1224 Nov. 28.*

5 *Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 261. Die 3 SS. an rothen Seidenfäden. Das 1. und 2. (der
Bischöfe von Hildesheim und Naumburg) sind gut erhalten, das 3. (des Landgrafen Ludwig) ist zerbrochen =
Taf. XII. 3.*

Gedr.: Schäfer, Sachsenchronik 255.

Ann.: Altzeller Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 21.

10 :In nomine sancte et individue trinitatis. Cūnradus dei gratia Hildensheimensis,
Engelhardus Nuenburgensis episcopi, Ludeuicus lantgravius Turingie et Saxonie comes
palatinus universis presentem paginam inspecturis: | Quoniam iuxta verbum sapientis
generatio preterit et generatio advenit et per momenta temporum omnia deficiunt vel
mutantur nichilque permanens est sub sole, hinc est, quod brevi temporis curriculo rerum
15 gestarum deficiente | memoria certa revocantur in dubium et dudum premortue questiones
denuo reviviscunt, nisi ea, que geruntur, sollempni scripturarum testimonio ad posteritatis
noticiam traducantur. Ne igitur decisum coram nobis et nostra | industria mediante
terminatum negotium recidiva lite resuscitetur in posterum, presenti scripto declaramus
universis tam futuri quam presentis evi fidelibus, quod, cum inter abbatem et conventum
20 de Cella sancte Marie Cisterciensis ordinis, Misnensis diocesis, ex parte una et Heinricum,
Vlricum, Ottonem, Petrum milites de Noscin ex altera, super nemore, quod proxime
adiacet iam dicto monasterio, quod etiam limitibus infra subnotatis distinguitur, cum suis
pertinentiis villis scilicet Vogilsberg et Minori Vogilsberg et Scirmena et omnibus, que in
eiusdem nemoris terminis concluduntur, questio verteretur, que et olim a patribus eorum
25 Petro et Iohanne mota fuerat sed per arbitrium terminata, et eo usque fuisset in causa
processum, ut iam dicti milites pro eo, quod eadem bona violenter invaserant, tam ex-
communicationis a iudicibus a sede apostolica delegatis quam proscriptionis ab illustri
domino Heinrico Romanorum rege fuissent sententiis innodati nos pro amputando periculo,
quod huius litis occasione utrique parti poterat imminere, ad bonum pacis et concordie
30 partes studiosius exhortantes negotium eo usque promovimus, quod utrobique nostro se
arbitrio submiserunt, venerabilibus viris Ludegero abbate et Gozwino priore pro se et sua
ecclesia promittentibus data fide, militibus vero prefatis pro se suisque complicibus prestito
corporaliter iuramento firmantibus, quod, quicquid arbitrando statueremus, fideliter ob-
servarent. Habito igitur super hoc diligenti tractatu arbitrati fuimus in hunc modum, ut
35 milites ante dicti iuri suo, si quod habebant in bonis, de quibus questio vertebatur, et
omni actioni seu petitioni, si qua eis vel de iure vel de facto competebat vel competere
videbatur, item omnibus instrumentis tam publicis quam privatis a quocumque et cuius-
cumque nomine exinde confectis sive nomine domini Gerungi quondam Misnensis episcopi
super recognitione facta ipsis, sive nomine domini Brunonis tunc Misnensis episcopi super
40 prestanda eorundem bonorum warandia sive alterius cuiuscumque forme vel tenoris ab